manuscript

Seite 60v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8249
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ordo de officiis diuinis in
Feria quinta Cena domini.
maioris ebdomadae in nocte sur
gunt ad uigilias & campa
narum signis tactis. sicut aliis
diebus. Que post hec non tanguntur
ad matutinum nisi in nocte sancti
pasche. tunc ecclesia inluminetur
& xxiiii. luminibus. Uenienti
bus autem omnibus in ecclesiam. mo
re solito non dicatur. Domine la
bia mea aperies. nec Deus in
adiutorium meum intende.
nec Uenite. sed cantor
incipiat in psalmos antiphonam.
viii. Zelus domus tue. statimque unus aedi
tuorum extinguat unum de lumi
naribus. & obseruetur ut nunc ex
hac. nunc ex altera parte finitis
psalmis cum singulis antiphonis
singula luminaria extinguan
tur. Similiter fiat ut per singulas
lectiones et responsoria singula tutentur lu
minaria. In fine psalmorum
non dicatur Gloria patri nec in respon
soriis. nec in ullo loco. nec fi
nis subtrahatur. Post tres psal
mos dicatur uersus plenarie non
subtrahendo finem. Sed et in fine
nocturni lector benedictionem
per iube domne benedicere non pe
tat. nec pontifex aut presbyter mo
re solito benedictionem compleat
& qui finit lectionem non dicit
Tu autem domine. sed ex uerbis lectionis
iubetur facere finem. aut certe ex
terminatione. Preterea sciendum
est quod usu ecclesiastico lectiones
IIII. modis terminamus. scilicet per Tu au
tem domine. et cum prophetas in ecclesia re
citamus. Hec dicit dominus deus. conuertimi
ni ad me et s. e. excepto Dani
ele. Illa in eo dicimus. Tu autem
domine. quia plus historice quam prophe
tice esse uidetur. His tribus noctibus
cum lamentationes Ieremie recita
mus. dicendo Ierusalem Ierusalem conuer
tere ad dominum deum tuum. finem lec
tionibus imponimus. In agendis
quoque mortuorum usu assumpto de
apokalipsi Beati mortui qui
in domino moriuntur. lectiones claudimus.
Hec obseruantia de lumina
ribus per has tres noctes teneatur.
ita dumtaxat ut ultima can
delarum post psalmum quintum in lau
dibus et post uersum dictum. ad incepti
onem antiphone super benedictus cum
percussione tabularum extingua
tur. Candelarum autem numerus per has
tres noctes erit. lxx.ii. In .i. N.
Zelus domus tue. Ps. Saluum me deus. viii.